

tran. conf. 126. n. 6. vers. In quo aduertendum, in 2. prim. volum. part. conf. 314. num. 12. volum. 3. part. 1. conf. 38. n. 3. vol. 5. Socini. inior. Socin. inior. Seniore. & plures alios congerens conf. 160. n. 13. & conf. 168. n. 52. vol. 2. Paril. conf. 9. num. 4. 1. vers. Tum quoque, & conf. 64. n. 31. vol. 2. conf. 145. n. 25. & 26. & conf. 158. num. 18. vol. 4. Hieron. Gratus responsa 11. n. 9. & 10. lib. 1. Marcus Ant. Nata conf. 298. n. 5. vol. 2. Cephalus conf. 113. num. 11. & conf. 53. num. 66. vol. 1. ac post innumeros alios, quanquam non omnes satis fideliter, Petrus Cened. singul. 2. per totum, maxime n. 12. & 3. & August. Barbosa de ditionibus, lib. 26. sub ysdem numeris, & ultra eos Sigismandus Scaccia, late & eleganter exemplificans, in tract. de sent. & re iudicata, gloss. 7. quest. 3. limit. 4. ex num. 133. Ex quibus satis superque (ni fallor) comprobata, & iustificata manet superior Granatenfis curia definitio, quae & in gradu supplicationis confirmata est, me non iudice, 20. die Martij anni 1635. à doctissimis iudicibus, aulæ meae tunc originatis, nempe D. Luca Perez de la Zartaga, & duobus Onetenfis concollegis D. Didaco de Ribera, nunc apud supremam Castellæ curiam Regio causarum criminalium iudice, & D. Francisco de Solis, ac præterea ab eruditissimo Præsidi nostro D. Ioanne Baptista Valençuela, qui eadem aulæ interfuit.

53 Superest itaque ex supradictis (vt ad 1. argumenti solutionem, à qua digressi tantisper sumus, reuertamur) censum super alio censu, alias legitime imposito, quippe qui pro immobili à iure habetur, rectè posse constitui. Nec futurus redemptionis casus quicquam obstat, quia illo eueniente, actio manet creditori, etiam semoto pacto, quod vtilius tantum erit, non etiam necessarium, vt alternatiue debitorem cogere possit, vel ad alium censum, aut fundum a quæ idoneum supponendum, vel si hoc refugiat, ad censum suum redimendum, iuxta ea, quæ in præced. differt. resoluiimus ex num. 21.

54 Multoque minus attendi debet periculum extinctionis, cui hypothecæ, huiusmodi rebus seu censibus subingatis supposita, subiaccit, vt in argumento quoque dicebamus, est enim hic casus nimis accidentalitatis, & remotus, maxime cum nec attendatur id periculum in fundo, vel alia re immobili, proxime, & immediate censui hypothecata, quia futurus incertus casus nullo humano consilio regi, aut prouideri potest, leg. 2. §. si eo tempore, cum relatis à gloss. verbo potest, ff. de administr. rer. ad cuius pertinere, imò regulariter eò iustior est hic contractus, quò maiori periculo, ac lucri incertitudini exponitur, arg. Text. in c. in ciuitate 6. & in c. fin. de usuris, per quæ, & similia iura tam DD. vbiq. quam ceteri passim in hac materia sic admonent, generalem ex illis regulam elicientes, census fortunæ non subiaccitens vitæ labem præ se ferre, quod præ aliis optime notauit Anchar. in reg. peccari, numero 14. vers. Quæro duodecimo, de reg. iur. in 6. quem ad hoc refert, & commendat Casar Mantentus de contractu liuellariorum, pacto 15. q. 2. num. 37.

55 Deinde argumento multò facilius respondetur, quòd imò eorum admittit sententia, qui indistinctè voluit, non posse censum redimibilem super simili alio constitui, planè impertinens est, ac nullius momenti pactum illud, in noni census constitutione adiectum vt antiquo redempto, nouum quoque redimere teneatur venditor: nam si census eo modo constitutus, ab initio non valet, frustra ei tale pactum adiciatur, eum qualitas sine subiecto esse non possit, l. 3. §. 1. in fine, ff. de capite manut. cum similibus, sup. à me re-

56 latis dissertatione 27. numer. 38. sed & stante * census eo modo constituti iniustitia, nedum iustus non esset, sed imò multò foret iniquus, noui census de-

bitorem obligari, aut teneri in casu redemptionis alterius census sibi debiti, ad reddendam sui census creditori integram sortem, cum potius ex nonnullorum sententia, quos præcedenti ditione, num. 10. 12. & 13. retulimus, noui census debitor solutus à se reditus, vt pote ex censu nulliter constituto perceptos, possit ab initio repetere, & sic succedit regula Textus in leg. inuisus 198. §. cui datus, ff. de regulis iuris, cum relatis à Simone Vaz Barbosa ad principia, & loca iuris communia lit. A. num. 19. & 20. & Augustino Barboza ad axiomata iuris vsus frequentiore, axiom. 9. n. 11. & 12.

Ex quibus facilis quoque solutio patet ad alterum argumentum, initio propositum, cuius antecedens negamus, & ad syllogismum pro eius probatione formatum respondemus, concedendo maiorem, nempe pretium, à lege censui redimibili assignatum ad rationem vicelime pro milliario, cum iustum sit, exigere, censum ipsum venditum id valere, inficiamus autem minorem, scilicet censum redimibilem, super simili alio non minoris quantitatis impositum, illi iusto pretio non æquiuale, nisi sub relata pactione; quæ sanè propositio non rectè illa altera argumentatione probatur, pretium nempe à lege taxatum, ita demum iustum esse, si res censui supposita sit secuta, ac alter census suppositus, res secuta non est, ob redemptionis periculum, ergo hic, qui super illo impositus est, minus valet iusto illo pretio, à lege præfinito. Nam & huic secundo syllogismo respondemus, distinguendo maiorem, concedimus enim, si de ea securitate intelligamus, quam lex necessariò requirit, seu supponit, alias verò negamus, & in eo quidem sensu, quo maiorem fatenar, minorem absolute distinetur, eam nempe securitatem, quam lex prærequirit, seu supponit, deficere censui, qui super alio redimibili imponitur; neque enim lex, pretium taxans, huiusmodi impositionem velut minus securam abhorret, cum ad leges Pontificias, modum ac formam censibus præscribentes referatur, quæ tamen (vt ad præcedens argumentum probauimus) non sic proprie, ac præcise super re immobili censum constitui volunt, vt excludant rem aliam, quæ pro immobili habetur, qualis est alter census, siue annuus reditus, non solum omnino perpetuus, seu qui redimi nunquam possit, saltem repugnante creditore, sed etiam redimibilis ad nutum debitoris, cum (quod ad creditorem attinet) fors pro eo data, perpetuo abalienata sit, incertumque sit omnino, an & quando debitor redimere volet, vt ad præcedens argumentum sub num. 13. cum pluribus probauimus.

Vnde etiam corruit prima argumenti consideratio, non esse scilicet audiendum census debitorem, dicentem paratum se esse rem aliam securam eidem supponere, eò quod ab initio non sic, sed aliter, nempe de nouo censu præcise redimendo inter ipsum, & emptorem conuenierit, adeoque id tantum inspicere debeat, ex regula leg. contractus 23. versicul. Sed hac ita, & leg. semper 34. ff. de regulis iuris, supponit namque falsò, eiusmodi pactionem valere contra ea, quæ sæpe diximus. Sed nec illud verum est, quod tot patres, alioqui doctissimi, sibi persuasum habent, vt census redimibilis super simili alio imponi valeat, necessum esse ab initio, mutua alternatiua pactione creditoris securitati consulti nam & si id vtile sit, & omnis dubitationis amputanda gratia consultius, non tamen esse necessarium constare ex his, quæ disertat. præcedenti sub numero 24. resoluiimus, pretium scilicet redemptionis antiqui census, eius loco succedere, vt debitor ex eodem pretio, quo cum creditore iactura potiri non debet, alium

alium emere censum, vel fundum cogi possit, quem censui à se debito supponat, si huic redimere nolit, vt ideam Pater Salas, qui initio censuarij contractus de hac re specialiter caueri desiderabat, non multò post sui immemor longè melius aduertit. Accedit, * quod superflua, neque iure cautio, vel obligatio nemo onerari debet, l. non cogendum, 45. ff. de procurat. l. hac stipulatio 14. in fine, ff. vt legatorum, seu fideicommissi nomin. caveatur, cum relatis à Mascardo de probat. tom. 2. concluf. 1182. num. 5. Menoch. de arbitrar. casu 140. n. 1. Ioanne Baptista Colta de iuris, & facti ignorantia, inspect. 31. Anton. Heringius de fidei iuribus, cap. 5. num. 16. Quinimò & si daremus necessariam fuisse ab initio alternatiuam illam pactionem, non tamen inde rectè inferretur, validam similiter censendam, omninoque obseruandam fore pactionem istam, qua vno dumtaxat modo creditoris indemnitati consuleretur; est enim longa * inter vnum, & alterum casum differentia, nam pactio præcise obligans debitorem ad redimendum censum, ob superimpositi redemptionem sibi factam, restringit nimis facultatem, quam ipse alias haberet, vno vel altero modo satisfaciendi creditori, id quod illi alternatiue emissit pactio concedit, & idè nihil inconuenit, hanc pactionem valere, vt pote ex qua plene consulitur indemnitati creditoris absque eo quòd iuri debitoris detrahat, primam non idem, quippe in quo hoc vltimum deficit, nisi ad hanc secundam reducatur, iuxta ea, quæ relato quoque loco adnotauimus.

Deinde, & secunda argumenti consideratio ex superioribus planè ruit, fatetur namque, quòd si creditor, qui initio constituitur census cum debitore pactus est, vt redempto altero censu, super quo ille impositus est, nouum redimere teneatur, alio deinceps modo sibi consuli desideraret, per non scilicet hypothecæ suppositionem, non esset ad eam debitor cogendus, non tamen inde colligere fas est, quòd nec vice versa creditor, qui prædicto dumtaxat modo, per redemptionem scilicet noui census, sibi propegerat, cogi possit ad instantiam debitoris alium securitatis modum accipere per nouam hypothecæ suppositionem; est enim * magna inter vnum, & alterum casum disparitatis ratio, in primò namque pactum illud de redimendo censum, præcise obligat creditorem debitore volente, in cuius fauorem resoluitur in alternatiuum de redimendo, vel nouam hypothecam æque idoneam supponendo ex intrinseca censuarij contractus natura, que non admittit, census redemptionem, etiam conditionatam, ex alterius quam debitoris consensu pendere, vt sæpe diximus, adeoque in eius odium retroqueri non debet, vt alterum securitatis modum in eo pacto subintellectum accipere inuitas cogatur, iuxta regulam l. quod fauore, 6. c. de legibus, cum similibus relatis à gloss. 1. in princip. ibi, & ex quibus sumpta est regula quod ob gratiam, 61. lib. 6. maxime cum vis alternatiue ca sit, vt semper debitori maneat electio, regula in alternatiuis 70. eodem libro, secundo modo casu ex eadem ipsa ratione minime regulari potest creditor alium quam redemptionis, æque tamen idoneam securitatis modum, sibi à debitore oblatum, si eum sibi vtiliorem iudicauerit, cum non magis interit creditoris hoc, vel illo modo securitatem accipere, nec ad vnum præcise debitor adstringi valeat, vt dictum est, inuit regula, * que

62 vt idè limitat ex l. in fundo, 38. vers. Constituiimus, ff. de rei vendic. l. in cre. isore, 38. vers. Cui enim, in qua glossa vltima, vers. Item nota, ff. de cuius i. ibi, lege 1. §. iidem autem aquam pluuiam, & lege 2. §. item Pluvius §. versiculo Quamquam, ff. de aqua pluuiat. in can. 2. vt quod tibi non nocet, & mihi prodest tenearis facere, quam regulam ad varia expen-

63 dunt plures relati à Petro Barboza in l. 2. in principio, 2. part. num. 40. ff. soluto matrimonio, D. Ioannes Baptista Valençuela ednf. 18. num. 131. D. Ioanne del Castillo quoridianarum controuerfarum, tom. 4. c. 10. num. 37. & 55. nam quanquam ipsi eam regulam generaliter sumptam extra casus; in quibus relata iura, & similia loquantur, fallacem esse non male contendunt, ad casus noster similis est ei, qui proponitur in d. l. in creditore, provt declaratur à Bart. n. 13. & Alciato num. 50. ibi, Barboza ubi supra numer. 38. limitatione 2. cum videlicet in contractu incidit aliquid, quod relaxari possit absque damno vnus, & cum commodo alterius, in eodèque sensu expenditur à Ioanne Gutierrez de gabel. quest. 114. num. 22. Nec est in iure nouum, * vt ex iusta aliqua causa pactum vel contractus ex vno tantum latere constet, præciseque obseruari debeat, ex alio non item, sed eatenus tantum, quatenus si voluerit, cui lex prospectum voluit, vt videre licet ex l. 1. l. si id quod, 7. ff. de rescindenda venditione, l. Iulianus 13. §. si quis colludente, §. sed & si quis, & §. si quis à pupillo, ff. de actionibus empti, cum vbiq. notatis, maxime à Paulo Castrensi in d. s. si quis colludente, num. 3. ad finem, optime Pinello in l. 1. 3. part. num. 34. ad finem, vers. Deinde sequitur, cum duobus numeris sequentibus, C. de bonis maternis, qua de re non nihil olim dixi in tractatione methodica, lege contractus, ff. de regulis iuris, cap. 1. numero 3. dicamque latius, & clarius Deo dante, in secunda eiusdem tractatus editione, quam facere post hæc scripta paro.

64



DISSERTATIO XXX.

De venditore, rem tradente fide habita de pretio, an pro eo rem ipsam obligatam habeat? ita vt potior sit in illa anterioribus emptoris creditoribus, anque in dubio fides de pretio censeatur habita, necne? & vice versa de emptore pretium soluente ante factam sibi rei emptæ traditionem.

S V M M A R I A.

- 1 Census venditor seu debitor, illo minus securo constituto ob redemptionem sibi factam alterius census, super quo ille impositus est, etiam absque pacto videtur iure obnoxius ad pretium pro eo accipiendum emptori reddendum, & quare? cum 4. n. seqq.
- 2 Pactum, idem quod ius commune conueniens, tollenda dubitatione gratia adiectum videtur, ibid.
- 3 Res vendita, & emptori tradita, iure gentium obligata est venditori pro pretio, quod sibi ex ea debetur, & de quo fides habita est præ aliis creditoribus, ex sententia aliquorum, qui hic referuntur.
- 4 Res vendita nondum emptori tradita, videtur eò obligata pro pretio à se venditori soluto, & quare?
- 5 Correlatiuum in vno dispositum, & in alio dispositum ceteri debet, ibid.
- 6 Census super re aliqua impositum emens, rem ipsam emere, an videtur? & in seq. dissertat. latius.
- 7 Pecunia ex census redemptione r. ducta, loco census redempti videtur successisse.

- 6 *Res vendita, & emptori tradita, ex veriori, & receptori sententia, venditori pro pretio sibi debito, de quo fides habita est, obligata non censetur.*
- 7 *Et quando id non procedat, remissive.*
- 8 *Per traditionem rei vendita habita fide de pretio, eius dominium statim in emptorem transfertur.*
- 9 *Venditor, qui emptoris fidem sibi sequutus, incipit esse pretij creditor.*
- 10 *Proinde ei preferuntur etiam in re vendita anteriores emptoris creditores, hypothecam habentes & intellecta regula, qui prior est tempore, &c.*
- 11 *Quod si cum anterioribus emptoris creditoribus mere personalibus concurrat, cum eis in tribunalium vocatur.*
- 12 *L. Iulianus 13. alias 14. §. offerri ff. de act. empti, rectissime intelligitur, & 2. n. seqq.*
- 13 *Venditor ante rem traditam dominus manet, non quidem perfectio, & irrevocabili dominio, sed reuocabili tantum.*
- 14 *Pignus in re creditoris proprie non consistit, sed potest consistere quasi pignus, ut in re vendita habita fide de pretio ante rei traditionem, que quasi pignus quoad hoc habetur, ut eam venditor tradere non cogatur, nisi pretio soluto.*
- 15 *Lex hereditatis 22. ff. de hereditate, vel act. vend. declaratur.*
- 16 *Vendens rem, & tradens fide de pretio habita, emptore ante solutum pretium, a quibusvis creditoribus conuenio, sine mere personalibus, sine etiam priuilegiariis, aut hypothecariis, proprie cum eis concurrere non dicitur, quasi creditor in re vendita quoad pretium consequendum, quia non tam eis potior, quam solus inuenitur, cum duobus num. sequentibus.*
- 17 *Dominus suum semper auocat, nec inter creditores computatur.*
 § *Deponens rem suam penes alium, illius retinet dominium, & ideo quoad eam consequendam proprie non dicitur concurrere quasi creditor cum aliis creditoribus depositarij, ibid.*
- 18 *Exor respectu dotis, vel rei ex ea comparata extraneis, soluto matrimonio, velut domina vendicationem habet, ita et nulli anteriores mariti creditores, etiam hypothecarij, prelationem in re ipsa aduersus illam pretendere valeant.*
- 19 *Venditor rem emptori tradens fide habita de pretio, simplex tantum pretij creditor reperitur, nec vltimum pro eo in re vendita ius pignoris habet, nisi de eo sibi specialiter prouiderit.*
- 20 *Hoc in casu, quo venditor speciali rei vendite hypotheca sibi consuluit, ius hypotheca priuilegiatum habet, sine anteriori prelationem in re ipsa aduersus illam pretendere valeant.*
- 21 *Mutuum ad rem emendam, & speciali rei empti hypotheca sibi consulens, preferitur in ea anterioribus emptoris creditoribus, etiam hypothecariis.*
- 22 *Venditor simpliciter rem tradens, in dubio fidem de pretio habere censetur ex multorum sententia.*
- 23 *Vt in dubio non censatur fidem de pretio habuisse, quidam exigunt pactum impeditium translationis domini.*
- 24 *Contraria sententia defenditur, ut in dubio fides de pretio non censatur habita a venditore, simpliciter rem tradente, maxime immobilem, nisi emptor pretij solutionem promittat, eamque promissionem, seu fidem venditor sequatur.*
 § *Vendite inlt. de rerum diuis. expenditur, & intelligitur ibidem, & n. 28.*

- 25 *Fidei verbum pro promissione plerumque accipitur tam in iure quam apud bonos auctores.*
 § *Lex quod vendidi, 19. versic. Vel etiam, ff. de contrah. empt. expenditur, & intelligitur ibidem.*
- 26 *Lex procuratoris 5. §. sed & si dedi, ff. de tributor. act. expenditur, & intelligitur, & numero 28.*
- 27 *Lex 1. §. vlt. versic. Et si tradiderit, iuncta gl. vlt. ff. de except. rei venditiz, optime expenditur, & intelligitur.*
- 28 *Vendita rei dominium, ut in emptorem transfertur, ultra traditionem requiritur vel pretio soluto venditori facta, vel alia satisfactio, veluti expressio, aut pignoris datio, vel quod his deficientibus venditor emptoris fidem sequatur.*
- 29 *Fides creditoris data, & per eam sequuta de soluto debito, nihil differt a nuda promissione ipsi facta, qua is contentus est, qua satisfactio loca habetur.*
- 30 *Glossa in l. quod vendidi 19. ff. de contrah. empt. male a Griuello Sequano adducitur vel sententia asseruntur, pro simpliciter traditionem rei venditiz non censeri habitam fidem de pretio, nisi certo modo glossa accipitur.*
- 31 *Fidem de pretio habuam non censeri a venditore, simpliciter rem tradente, multo magis verum est accedentibus coniecturis.*
- 32 *Vendita rei traditio presumitur ex eo, quod emptori sciens, & consentiens venditore, alius possessionem apprehenderit, vel maneat in possessione totius rei, que ipsi emptori, & venditori sua parui communis erat.*
- 33 *Fides de pretio multo minus habita a venditore censetur per solam presumptam traditionem rei venditiz quam per veram.*
- 34 *Vendita rei traditio non vera, sed a iure presumitur, ut minus emptori prouideat accipenda est.*
- 35 *Socius partem, quam in re communi habet, socio suo vendens, non censetur dominium eius in socium emptorem transfuisse, sine fide de pretio habere, eo quod illum in possessione ipsius rei manere patitur.*
- 36 *Venditor, rem nomine emptoris se possidere constituentem, fide possessionem eius ipsi tradit.*
- 37 *Ceterum si adhuc rem venditam penes tertium depositum donec pretium sibi solueretur, hoc ipso plane ostendit, se ex illa facta traditione fidem pretij non habere, nec emptorem alius dominium facere velle, quam si reuera sibi pretium soluerit.*
- 38 *Venditio rei venalis exposita facta in mundinis, vel aliis ignotis personis, eo animo videtur facta, ut pretium statim solueretur, nec alias rei dominium in emptorem transfertur.*
- 39 *Quod ita accipienda est, si venditor simpliciter rem tradat, nulla sibi facta promissione de soluendo pretio, factis si tali sibi promissione facta, venditor emptoris fidem sequatur, nullo emptoris detecto dolo, & alia nonnullorum distinctio in hac materia impugnetur.*
- 40 *Venditor rem venditam tradens ante solutum sibi pretium, vel satisfactionem sibi de eo factam non potest preterea pretij non soluti reuocare traditionem, & rei vendicationem aduersus venditoris experiri, sed agere tantum actione emptoria, ut pretium sibi soluat.*
- 41 *Non tamen inde inferitur, dominium esse in emptorem translatum, sed tantum venditionis contractum esse perfectum.*

- 42 *Venditionis contractus, ut rescindi nequeat altera contrahente inuito, neque traditio requiritur, neque quicquam aliud, quam id, quod huiusmodi contractum perficit, nempe legitimum contrahentium consensus, in venditione adhibetur.*
- 43 *Venditor, ob pretium sibi non solutum, & si precise agere nequeat, ut venditionis contractus rescindatur, potest tamen alternatiue agere ad alterum, quod emptori magis placuerit.*
- 44 *Emptoris creditoribus agentibus ad distractionem rei empti, & per traditionem accepta, quasi in ipsius dominio existentis, ut illis satisfiat, ob aliorum emptoris bonorum defectum, poterit tunc venditor, qui de pretio fidem non habuit, rem venditam in illorum concursu sibi vendicare.*
- 45 *Fides de pretio ut videtur habita a venditore, simpliciter rem tradente, quandoque non sufficit solutionis promissio venditori facta, nec vice versa ex eo semper non habita de pretio fides videtur, quod emptor expresse solutionem non promittat, nec aliter ei satisfiat.*
- 46 *Fides de pretio habita emptori, qui pra manibus se habere pecuniam dixit, quam reuera non habuit, sed fecerit, pro non habita in eius odium habetur, adeoque domini translationem impedit, nec tollit quin venditor rem ita venditam vendicare valeat.*
- 47 *Jacobus Canecrius, succincte nimis in hac materia loquens, explicatur.*
- 48 *Mercator, qui statim, vel paulo post merces emptas, ac sub fide pretij acceptas aufugit, seu foro cessit, eorum dominium non retinet, ut in illis quasi propriis anteriores eius creditores preferantur, sed venditori potius eorum vendicatio competit.*
- 49 *Emptor, & si expresse solutionem non promittat, si tamen tacite id faciat, dilatione ad soluendum sibi a venditore data acquiescit, fidem suam adstringere censetur, quod statuto tempore soluet, eamque venditor sequi, qui proinde rem venditam vendicare nequit, sed tantum lapsu tempore ad pretium agere, & n. 51.*
 § *Lex ad solutionem 5. C. de re indicata, expenditur, ibid.*
- 50 *Contrarium docuit Ioannes Glossator antiquus, late defensus a Fauiano de Monte, quorum potissimum argumentum refertur.*
- 51 *Lex commissoria 4. C. de l. commissoria, explicatur, & n. seqq.*
 § *Vendita res, data dilatione ad soluendum pretium sub pacto legis commissoriae, pura ut inempta fiat si intra statutum diem pretium non soluat, illo lapsu, nec pretio soluto, vendicari per venditorem potest, & quare: ibid.*
- 52 *Verba legis commissoriae, ut pretio non soluto res sit inempta, non sunt de forma illius pacti, sed sufficienti equipollentia, & qualis hac sint?*
- 53 *Pactio legis commissoriae illud consequens est, ut si statuto tempore pretium non soluat, reus fingatur non esse translatum dominium, & num. 59.*
- 54 *Non est id speciale in eo pacto, aut simili additionis in diem, ut communis putat, sed commune ceteris pactis, ad eorum formam celebratis.*
- 55 *Secus si simpliciter dilatio ad pretium soluendum detur ab illo pacto, & quare?*
- 56 *Lex qui ea lege 3. C. de pactis inter emptorem, & venditor. optime intelligitur, & numer. seqq.*
- 57 *Pactum legis commissoriae, in venditione verbis*

- obliquis conceptum, neque vere, neque fide impedit, quin ab initio dominium rei empti in emptorem transferatur, imo id esse translatum supponit, sed ad venditorem reuersum, pretio intra diem non soluto.*
- 58 *Personalis actio ex eo pacto competit venditori ad auocandam rem venditam, nisi malis agere ad pretium, & renuntiare pacto legis commissoriae.*
- 59 *Contrarium procedit in pacto legis commissoriae, verbis directis in contenti venditioni adiecto, & eius rei ratio remissive.*
- 60 *Fides de pretio in dubio censetur habita, stante consuetudine, vel priuata venditoris, vel publica regionis, aut loci, in quo venditio celebratur, ad creditum vendendi.*
- 61 *Consuetudo regionis, vel loci, ubi contractus celebratur, vel priuata contrahentium, attenditur ad eorum mentem interpretandam.*
- 62 *Procurator, ad vendendam pro certo pretio rem aliquam specialiter constitutus, regulariter non potest habere fidem de pretio.*
- 63 *Secus si domini procuratorem constituitis, vel regionis, aut loci, ubi contractus celebratur, consuetudo sit ad creditum vendendi.*
- 64 *Vendere rem suam solius presentis pecunia, nec alias de pretio fidem habens, si ab ea consuetudine recesserit aliquot continuatis vicibus, quibus de pretio fidem habuit, sola simplici cautione, seu repromissione emptorum contentus, an in sequenti venditione, quam simplex rei traditio secuta est, videtur etiam fidem de pretio habere? Resoluitur negativè, cum num. seqq.*
 § *Fide Graca vendere, vel mercari, quid sit? ibidem.*
- 65 *L. naturalium 5. §. pauonum, versic. In his autem, in fine, ff. de acquirendo rer. domin. & §. pauonum, sub eodem versic. inlt. de rer. diuis. expenduntur, & ex licantur, n. 64. & 65.*
- 66 *Actus quilibet in dubio ita interpretandus est, ut minus sit facienti praiudicialis, & ut a prudentibus reprehendi nequeat.*
- 67 *Traditio rei vendite emptori simpliciter a venditore facta, nimis ei praiudicialis esset, si ex ea induceretur animus recedendi a venditoris consuetudine, non alius quam presentis pecunia vendendi, etiam per posteriores aliquos actus interrupta, & quare?*
- 68 *Fidem de pretio habere actus est apud prudentes reprehensibilis, & quare?*
 § *Oculata habere manus quid sit? ibid.*
- 69 *Dies caeca, & dies oculata qualiter differant?*
- 70 *Animus in animalibus sui natura ferus, ac postea mansuetus, ex eorum consuetudine, quam post mansuetudinem habent, vel consuetudinis desertione colligitur, & eius rei effectus.*
- 71 *Non sic colligitur in homine, presentis pecunia vendere solito, eamque consuetudinem per aliquot actus deserente, ut in postquam censetur in dubio fidem de pretio habere, & inter utrumque casum differentia ratio traditur, & 2. num. seqq.*
- 72 *Res ad pristinum sui naturam facile reuertitur.*
 § *Homium illa natura, & propensio est, ne res suas facile inuent, vel amittant, ibid.*
- 73 *Presumptio inducitur ex desuetudine numerato vendendi, quod in suum vult quis sub pretij fide vendere, repugnat hominum naturae, & desiderio res suas illatas conservandas.*
 § *Actus homini praiudicialis cum alio celebratur, censetur potius gratia amicitiae, vel simili causa facti, quam consuetudinem inducendi ad similes actus cum aliis celebrandos, ibid.*

74 Empior, qui pretium venditori dedit, nec ab eo rem accepit, eam pro pretio a se tradito obligatam non habet, ita ut in ipsa anterioribus venditoris creditoribus preferatur, sicut nec vice versa venditor rem tradens fide habita de pretio, eam sibi pro pretio obligatam habet, nec anterioribus emptoris creditoribus preferatur.

VLTRA argumenta, duabus precedentibus dissertationibus adducta pro confirmatione mandati executorij, in specie ibi tractata ab ordinario iudice decreti, quod tamen per Senatam simpliciter probatum non est, vt ibidem late diximus, sequens etiam afferatur, quod tam pro materia vtilitate, quam ne plus æquo longiores effemus, hunc in locum referendum duximus, quod nimirum omni etiam pactione seclusa, census venditor, seu debitor, illo minus leuato constituto ob redemptionem sibi factam alterius census, super quo ille impositus est, ad pretium pro eo acceptum emptori reddendum, omnino videtur obnoxius: ergo multo magis accedente pacto, quod tollendæ dubitationis gratia dimittatur adiectionem videtur potest, vt regula l. que dubitationis, ff. de regul. iur. Antecedens probatur sequenti consideratione: nam ficut res vendita, & emptori tradita, iure gentium obligata est venditori pro pretio, quod sibi ex ea debetur & de quo fides habita est, pre aliis creditoribus, vt argum. l. Iulianus, 13. alias 14. ff. de off. iud. vel. l. venditor ff. de actionibus empti, per argumentum à pari rationis docuit Bald. in l. pro debito, 6. n. 1. vel. l. secundò satisf. C. de bonis auhoritate iudicij possidend. receptus à Calet. in summa, verb. restit. c. Siluest. verb. restitutio, 6. n. 5. Nauar. in manuali, c. 17. n. 49. Renato Chopin. de morib. Paris. lib. 3. tit. 3. de prehensione, ac distract. pignor. n. 8. & aliis quos refert, & sequitur, id aliter confirmans, Pater Leonardus Lessius de inf. & iur. lib. 2. c. 15. n. 11. sic & conuertit res vendita, nondum emptori tradita, debet ipsi obligata esse pro pretio, à se venditori soluto, cum venditor, & emptor correlatiui sint; & dispositum in vno correlatiuorum, in alio quoque dispositum censeri debeat, ex regula l. fin. C. de iudicia viciu. toll. l. 1. C. de expressis, lib. 11. cum relatis ab Euerardo in locis legalibus, loco 20. à correlatiuis, n. 3. optime Franciscus Ferrer post alios, quos congerit, super constitutione Catalonia, que incipit, los impuberes, gloss. 6. n. 2. Simone Vaz Barbosa, & Gabr. Aluarez ad principia, & loca iuris communia, illo lit. A, num. 135. & lit. C. n. 76. hoc verò lit. A, n. 397. & lit. C. n. 235. August. Barbosa ad axiomata iuris, axiom. 6. 1. & in locis communibus argumentorum, loco 29. ergo emptor census pro pretio à se tradito venditori, rem censui suppositam, vel pecuniam inde redactam obligatam habebit. Probatur consequentia, nam qui emit censum super aliqua re impositum, rem ipsam emere videtur, l. 3. ibi. L. casus, y heredades que compr. tit. 15. lib. 5. noua compilat. ideoque censetur comparasse alterum censum, super quo nouus, sibi debitus est impositus; unde ille sit redemptus, habeat sibi pro pretio obligatam pecuniam ex redemptione redactam, * que loco rei videtur successisse, argumento Textus in l. fin. illic. De pretio negotiorum gestorum actio mihi danda est, ff. de negotiis gestis, in l. quia 39. illic. Quia qui pretio fruatur, non minus habere intelligitur, quam qui principaliter re utitur, ff. de usufructu, & in l. si cum seruum 23. illic. Mortuo eo, posse se mihi pretium condicere, ff. de reb. creditis si cert. petatur, cum vbi que notatis, & à Donel. comment. iur. civil. lib. 4. c. 36.

75 Sed nec hoc argumentum magis Senatam mouit,

quippè cuius antecedens negandum est (in quo tota hæc dissertatio versabitur, altera argumenti patet ad sequentem remissa) nec enim id recte probatur similitudine illa venditoris, cui rem venditam, & emptori traditam, obligatum esse pro pretio ex ea debito, de quo etiam fides habita fuerit præ aliis creditoribus, voluere Bald. in d. l. pro debito, & alij supra relati; est enim eorum doctrina perquam falsa, vt recte aduertit Salicetus in eadem l. pro debito, numero 3. & agnoscit idem Bald. contrarium sui memor aperte docens in l. eum cui 13. n. 1. C. de oblig. & action. in l. fin. n. vlt. C. commodari, & in l. in rebus, 30. numero 4. vbi etiam Angel. n. 3. in princip. C. de iure dotium, ac notatur Bart. n. 10. & 11. idem rursus Bald. circa finem, vel. In contrarium, & communiter Moderni, teste Alexand. numero 5. in l. si cum dotem, 23. §. vlt. ff. solut. matrim. vbi Barbosa numero 32. cum Iafone quoque Ripa, Capola, Negulian. D. Conar. Benuenuto Stracha, Pinello, Ioanne Gutierrez, & Matienco, quos nominatim refert, hanc sententiam & veriorum, & crebrius receptam asserit, quod & ipsum vltra eos testatur Antonius Gomez, & eius additio tom. 2. variat. cap. 1. num. 30. vel. Item etiam, Andreas Gaillius præfator. obseruat. libro 2. obseruat. 12. numero 4. & obseruat. 15. per totam, & ad cum Bernard. Graueus late, & eleganter exortians, concl. 15. per 18. numeros, Gabr. Mudenius in l. quod vendidi, 19. num. 9. ff. de contrah. empti. Eman. Saar. in thesaur. recepti. sent. verbo venditor ex mercium venditione, n. 324. Vanderanus de priuileg. cred. cap. 8. Vincentius de Franchis dec. 506. numero 3. Patlad. lib. 1. rerum quotidianar. cap. 8. n. 1. Felician. de censib. lib. 3. cap. 5. numero 22. Morla in empot. tit. 9. in præditiis, num. 100. Surd. decis. 220. numero 33. & 34. Stephanus Gratian. disceptationum forens. tom. 1. cap. 24. à numero 4. ad 7. & tom. 3. c. 500. n. 19. D. Ioan. del Castilij, qui & Censualium, Blasium Flores de Mena, & Ludouic. Morotium refert, quotidianarum controuer. tom. 3. c. 8. n. 9. & c. 16. n. 73. D. Ioan. Baptist. Valençuela conf. 56. à n. 34. Ignatius del Villar, Komannus, & alios congerens, & Hadrian. Negulian. vterque in silua responsorum iuris, ille responsio 10. n. 3. & 14. hic verò 9. 12. ex n. 5. Pater Valquez in opusculis, tit. de restitut. cap. 11. à n. 16. & tit. de pignori c. 3. §. n. 41. & 42. Amator Roderic. de concursu creditorum, 1. p. art. 7. n. 9. vel. Plinò facie, Osual. Hilligerus, citans Mainard. & Collerum, in notatis ad Donellum, lib. 23. commentar. c. 15. lit. I. ad fin. Anr. de Amato resol. forens. tom. 1. resol. 3. n. 40. & 43. Henricus Kinlochius responsio 103. n. 14. post med. qui * ferè omnes ab ea regula nonnullos excipiunt casus, in quibus prior Baldi doctrina verificari potest, & vltra eos regulam inconculsam esse constituunt.

Ex eoque potissimum, ac verissime quidem monentur, quod per traditionem rei vendita, habita fide de pretio, eius dominium statim transferatur in emptorem, l. quod vendidi, 19. ff. de contrah. empti. §. vendita, vel. Sed his qui vendit, insit. de rer. diuis. l. 46. vel. Empero si el que ouisse, tit. 28. p. 3. & consequenter, * cum venditor emptoris fidem sequatur, ex tunc incipiat esse creditor pretij, l. in ciuile, 12. ad fin. C. de rei vendicat. l. non idcirco, 12. vel. Vltimo, Codice de contrah. empti. notat post alios Anton. Hering. de fideiussor. cap. 10. num. 235. necesse est, * vt si posterior sit, vel ab anterioribus quidem præferatur, si hypothecam habeant, iuxta regulam l. qui balneum 9. & l. potior, 11. ff. que potiores, l. quoties vtriusque 99. ff. de reg. iur. c. qui prior, cod. tit. in 6. l. 27. tit. 13. part. 5. l. 5. & 17. tit. 20. lib. 3. fori, quam regul. vltra DD. vbi quis, optime profequuntur, & explicant Negulianus Fano de pignori bus, 2. membr. 5. part. 5. ex n. 1. Petrus Nicolaus

Nicolaus Motius de contrahibus, tit. de pignori bus, cap. de naturalibus pignori bus, à n. 2. 1. Petr. Duenaes reg. 168. Felicianus eleganter exortians de censibus, lib. 3. cap. 5. ex n. 6. Amator Roderic. de concursu cred. 2. p. art. 1. per tot. D. Ioan. Baptist. Valençuel. conf. 56. à n. 26. Antonius de Amato d. resol. 3. n. 1. & 4. 1. vbi innumeros cumulat, pluresque alij congeffi à Simone, & Augustino Barbosa ad principia, & axiomata iuris, illo, lit. P, n. 43. & ibidem Gabriele Aluarez n. 163. hoc verò axiomate 188. Vel si creditoribus res sint personales, cum eis in tributum vocetur (vulgò dicimus, que entre à vatear su deuda con ellos) vt ex hac ratione probat apertus Text. in d. l. procuratoris, §. s. planè, vel. (alias §.) sed si dedi, ff. de tributoria actione, & in l. quidam fundum, 16. iur. glo. ult. in fin. ff. de in rem verso: qua sola l. ductus id velut indubitatum firmat Petrus Nicolaus Motius de contrahibus, d. tit. de pignori. cap. de naturalibus pignori bus, n. 33. & generaliter in creditore personalibus, cum aliis æque personalibus in iudicio pro suo credito concurrente, Vlp. I. C. docuit in l. qui autem, 6. §. sciendum, 7. vel. Qui verò post bona possidet, illic, Hanc in portione vocandum, exequandunque ceteris creditoribus, ff. que in fraud. cred. l. 11. vel. Entorze, tit. 14. l. 2. in princ. & l. 9. in fin. tit. 15. part. 5. Neque huic verissime resolutioni quicquam obstat Text. in d. l. Iulianus, 13. alias 14. §. offerri, ff. de actionibus empti, quo Bald. in d. l. pro debito, C. de bonis auhoritate iudicij possid. in contrarium monebat illis in verbis, Venditor enim quasi pignus retinere potest eam rem, quam vendidit, quibus probari videtur, venditorum in re vendita ius pignoris habere, donec sibi pretium soluat. Nam idem Bald. in aliis locis supra commemoratis, receptus ab Alex. in d. l. si cum dotem, §. fin. num. 5. vel. Nec etiam præditiis, ff. soluto matrimonio, & ab aliis supra, rectissime respondet, procedere tantum in re vendita nondum tradita, vt planè indicat verbum retinere, iuncto precedenti contextu, quo casu cum * ipse venditor rei vendite dominus maneat, si non viqueque perfectò, & irremouibili dominio, at saltem reuocabili, quod interuenit verum dominium est, vt recte considerat Negulian. de pignori bus, §. p. membr. 1. n. 5. ad medium, metitò eam retinet non proprie vt pignus, * quod in re creditoris proprie non constituit, l. si rem alienam, 29. ff. de pignori act. l. si ab eo, 18. ff. de pignori bus, l. neque pignus, 45. ff. de reg. iur. sed quali pignus, vt non antea eam tradere cogatur, quam pretium tenera acceperit, vt recte explicat Glòf. verbo retinere, & communis proxime resoluta, maxime à D. Ioanne del Castiljo d. tom. 3. quotidianar. controuer. capite 8. numero 8. Caldas Pereira de empt. & vendit. c. 13. numero 27. Antonino de Amato d. resol. 3. n. 40. Quomodo etiam * procedit, & accipiendus est Text. in l. hereditatis, 22. illic. Corpora hereditaria pignoris nomine tenentur, ff. de hereditate, vel act. vendita, quam ad hoc referunt Gaillius d. obseruat. 15. n. 3. Barbosa in d. l. si cum dotem, §. fin. n. 42. vel. Sed verius, ff. soluto matrim.

